Invitatorium. Adoremus dominum qui fecit
Salvum me fac deus
quoniam intraverunt
aque usque ad
animam meam. Infixus sum in
limo profundi et
non est substantia. Veni in
altitudinem maris et tempestas
demersit me. Laboravi
clamans rauce facte sunt fau-
ces mee defecerunt oculi mei
dum spero in deum meum.
Multiplicati sunt super capil-
los capitis mei qui oderunt
me gratis. Confortati sunt
qui persecuti sunt me inimici mei
iniuste que non rapui tunc
exsolvebam. Deus tu scis
insipientiam meam et delicta
mea a te non sunt abscondita.
Non erubescant in me.

Adoremus dominum quoniam ipse fecit nos R venite

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_34/0158

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG